

Q. B. P.

In

MONUMENTVM ROESERO-
SCHMIDIO - WEISIANVM

Ill. Gymnasii SCHLEVSINGENSIS Ciues

I.

Augustum Henricum Zimmermann/

Moerenbaco - Thuringum,

Qui

B. IACOBI NICOLAI
ROESERI,

Theologi & Superintendentis Quedlinburgensis,

Vitam & Obitum

Sermone valedicturo Latino explicabit;

(Haesit Zimmermannus in Complexu nostro a XXIII. Oct. A. MDCCIII. & in hac virtutum & bonarum artium officina ad regulam probitatis, modestiae & industriae est architectatus; Chorum Symphonicum concinne direxit: foras produit speciminibus publicis, respondendo in disputatione publica, qua Nova Germaniae Moralia exhibui, & declamando in MAVRITIADA SAXONICAM: studiis vero Scholae sic ad finem adductis in Academiam bona cum pace se conferet.)

II.

Io. Valentinum Stinandt/ Meiningensem,

Qui

propemptico Latino prorso Zimmermannum comitabitur:

III.

Io. Gustauum Otto / Bedtheimiensem,

Qui

de CLARIS NICOLAIS postremo sermone, distinctoque versibus Latinis, Graecis & Germanicis, differet:

(OTTO, Iuuenis elegantis ingenii & bono literarum profectu, quinque fere annos noster fuit, receptus via delictet d. 28. Sept. A. MDCXCIX.; in panegyri quadam Oratoria anni superioris Consignationem Nobilium, qui ab A. MDLXXVII. ad annum usque MDCXXVII. Schleusingae literis sine operati, versibus Elegiacis Latinis & Alexandrinis Germanicis exhibuit: huiusmodi vero de causis Eum, suprema facturum verba, singulari affectu existimamus amplectendum.)

IV.

Io. Georgium Bergen/ Meiningensem,

Qui

Allocutione Apodemica ad Ottonem iam nunc commemoratum suum exsequetur munus: